



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 13. Calvinistarum crudelitates post Drocense prælium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

„dum interpretari aggredierentur, a ne-
 „mine Concilii decreta contra Curiam
 „Romanam adduci poterunt, cum hæc
 „ex aduerso per suas declarationes ejus-
 „modi sanctiones ad Ecclesiæ necessi-
 „tates accommodare possit: quia au-
 „tem Romæ instituta est Inquisitorum
 „congregatio, cujus officium maximæ
 „utilitatis est, hinc sua Sanctitas facile
 „aliam ejusmodi Curiam erigere pote-
 „rit, ad quam ex omnibus orbis parti-
 „bus quivis pro dilucidandis suis du-
 „biis confugere valebit: si enim id ef-
 „fectus daretur, spondeo, quod nec Se-
 „dis Apostolicæ auctoritas, nec Eccle-
 „siæ Romanæ jura per hæc decreta labe-
 „factarentur, quinimo ea potius pro-
 „modo, quo hæc media in usum dedu-
 „centur, etiam inde majus robur acci-
 „pian. „ Placere Boncompagni rati-
 „ones, atque Pontifex eo temporis
 momento integre, ac nulla adhibita ex-
 ceptione Synodum confirmare statuit.

§. XIII.

*Calvinistarum crudelitates post Dro-
 cense prælium.*

Cum hæc interea gererentur, Fran-
 cia majoribus adhuc, magisque fu-
 nestis tumultibus per Calvinistas exagi-
 tabatur; Colinius enim Maris Præse-
 ctus, qui capto Condæo Principe horum
 rebel-

Sæcul. XVI.
 A. 1563.

Thu. l. 34. n. 7

Sæcul. XVI. rebellium caput evaserat, Belsiam peragrabat, ut reliquum hyemis tempus in Secalonienſi, & Bituricenſi ditione tranſigeret, ubi a Calvini fautoribus Eccleſiæ diripiebantur, fuſisque vaſibus argenteis inde militibus ſtipendia numerabantur, nec minus Sulliacum exiguum quoddam oppidum die decima quarta Januarii hoc anno Domini quingentefimo ſexageſimo tertio ſupra milleſimum capiebatur, dum triginta Sacerdotes miſere trucidati, & plures alii in Ligerim flumen projecti ſunt.

§. XIV.

*Guifius Dux prope Aureliam occiſus.**Thu. l. c.*

Sub idem tempus Guifius Dux, qui regiſ copiis præerat captoque Montmorentio Conneſtabili plena fruebatur auctoritate, Stampas, & Pluverium recuperabat: poſtquam vero Colinius eundem Ducem cum Regis exercitu Aurelianenſi urbi appropinquare compere rat, ipſus eo prompte accurrit, ut hanc civitatem pro diuturna, ac valida expugnatione munitam redderet: cum autem ſeſe illuc includere nollet, Andelotum Fratrem ſuum ibidem reliquit, ut urbem propugnaret, ipſe autem cum Germano equitatu Normaniam verſus contendit, ut ibidem pecunias ſibi ab Anglis